

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Disputationes|| ROBERTI BELLAR-||MINI E SOCIETATE  
IESV,|| DE CONTROVERSIIS CHRISTIANAE|| FIDEI,  
ADVERSVS HVIVS TEM-||poris Hæreticos,||**

Tribus Tomis comprehensæ.||

DE CHRISTO CAPITE|| TOTIVS ECCLESIAE,|| QVINQVE LIBRIS|| explicata.||

**Bellarmino, Roberto Francesco Romolo <Heiliger>**

**Ingolstadii, [1599]**

**VD16 B 1607**

XVIII. [Soluitur argumentum Quintum].

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53845](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-53845)

## CAPUT XVIII.

## Solutur argumentum Quintum.

**V**INTA obiectio, Euangelistæ & Apostoli perpetuò inculcant verum Christum natum esse ex Virgine, passum, mortuum; nec alium nouerūt ante istum; alioqui Matthæus, Marcus, & Lucas non incepissent Euangelium à nativitate, sed narrassent aliquas res gestas Christi ante carnem, & Ioannes non dixisset: *Hoc fuit initium signorum Iesu.* Ioann. 2. si ab æterno Christus fuisset. Præterea Act. 2. Certissimè sciat, ait Petrus, *omnia domus Israël, quia ē Dominum ē Christum fecit Deus hunc Iesum, quem vos crucifixistis.* At Christus æternus Deus, non potuit fieri Dominus & Christus, quia id semper naturaliter fuisset, igitur verus Christus non fuit ab æterno, ac propterea nec verus Deus esse potest. Hoc argumentum non semel repetunt Transyluanî in illo suo opere, quodiam sepe citauimus.

Possimus addere ad confirmationem huius erroris (vt ex solutione magis eluceat veritas) quæ proferebant testimonia veteres Ariani. Igitur illi quidem Christum fuisse ante incarnationem agnoscebant, sed creatum probabant ex illo Proverb. 8. iuxta LXX. *Dominus creauit me in inicio viarum suarum.* Et Eccles. 24. *Tunc dixit mihi creator omnium, ē qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo.* Ioā. 1. *Qui post me venturus est, ante me factus est.* Coloss. 1. *Primo genitus omnis creatura:* At primogenitus est similis fratribus in natura Hebr. 1. Tanto melior Angelis effectus, quanto excellentius præ illis nomen hereditauit, &c. Et agitur hic de nativitate ex Patre, vt omnes docent. Hebr. 3. *Considerate Pontificem confessionis nostræ, Iesum Christum, qui fides eius est ei, qui fecit illum.*

RESPONDEO ad argumentum Transyluanorum, nos quoque non agnoscere alium Christum, quam eum, qui natus, passus, & mortuus est. Vnus enim est Christus, non plures, tamen illum vnum credimus bis natum secundum duas naturas.

Ad illud, quod Euangelistæ nō meminerunt ullius Christiani ante carnem, dico, Euangelistas propositum sibi habuisse descri-

describere aduentum Messiae, & res gestas eius, id est, Dei carnati aduentum, vitam, doctrinam, mortem, resurrectio nem, &c. propterea non fuisse necessarium, ut alii ins perent. Et tamen ne putaremus Verbum ante carnem non fuisse, Ioannes Evangelista ita incœpit: *In principio erat Verbum, &c.* Et in 1. epistola incœpit: *Quod fuit ab eis quod vidi mus, &c.* Et in 1. cap. Apocal. *Quis est, qui erit, qui venturus est.*

Ad locum Act. 2. RESPONDEO cum Cyrillo lib. 3. thesauri, cap. 3. Christum factū Dominum à Patre ratione humanitatis, quomodo etiam posset dici factus Deus, id enim factum est per incarnationem, ut ille homo Iesus sit Deus. A Dominus, nō per participationem, & gratiam, sed per unitatem verbi & carnis. Posset etiam dici, ut idem Cyrilus idē notat, illud, fecit, positum esse pro declarauit, sic dicitur. *Dedit illi nomen quod est super omne nomen.*

Ad illud Proverb. 8. *Dominus creauit me,* Patres modis responderunt. PRIMA responsio refertur ab Athanasio in lib. de decretis Nicæna Synodi ex Dionysio Antonino, quod verbum Græcum ἐκποτε hoc loco non significare facere, sed præficere, ut sensus sit, Dominus in initio præme omnibus operibus suis creandis.

SECUNDA est Athanasij serm. 3. contra Arianos. de C. RILLI lib. 5. thesauri, cap. 6. qui dicunt Scripturam posse scire usurpare vocabula faciendi, creandi, gignendi. Nam Deuter. 32. dicitur: *Deum qui te genuit dereliquisti.* Et legimus Genes. 1. & 2. *Fecit Deus hominem;* itaque aut solo verbo creauit, aut genuit, sed ex adjunctis sensu scripturæ elicere oportet. Et quia hīc dicitur Filius creator de tequam Deus quidquam ficeret, apparer, creatum, dicitur esse progenitum.

TERTIA est eiusdem Athanasij ibidem, & Namnet orat. 4. de Theologia, Cyrilli lib. 5. thesauri, cap. 4. & 5. Augustini lib. 1. Trinit. cap. 12. qui monent in hoc cedere scriptum esse: *Ante omnes colles ego parturiebar.* & proinde hīc explicari vtramq; naturā Christi, naturam diuinam cùm dicitur, parturiebar, humanā cùm dicitur, creauit genitum.

QUARTA est Basiliij lib. 2. in Eunomium, Epiphanius cap. 69. quæ est Arianorum, & Hieronymi in epist. ad Cypr.

num, qui monent recurrentum ad fontem Hebraicum; si quidem in Hebræo non est, *creauit*, quod ipsi dicunt **רַבָּח**  
sed *possedit*, **רַבָּח**, quo verbo solet explicari vera generatio,  
vt Gen. 4. *Possedi hominem per Deum*, dixit Eua quando ge-  
nuit Cayn **אִישׁ רֹהֶחֶת אֵת** & hoc modo hic habe-  
tur **רַבָּח**, hoc est, possedit per generationē, & fortè ita etiā  
verterunt LXX. sed deprauatus est codex mutatione vnius  
literulæ, nam **ἐκποτε** est *creauit*, **ἐκποτε** est *possedit*.

QVINTA est pulcherrima, & seruit etiam sequenti testi-  
monio Eccles. 24. vbi non potest negari quin scriptum sit,  
*creauit*. Est autem hæc explicatio Concilij cuiusdam Catho-  
lici Orientalis can. 5. apud Hilarium libro de Synodis paulò  
post principium, & eandem sequitur B. Thomas lib. 4. con-  
tra Gentes, cap. 8.

Dicimus igitur productionem Filii Dei nunc vocari ge-  
nerationem, nunc creationem, quia nullo vocabulo perfe-  
ctè explicari potest. nam generatio significat productionem  
in eadem substantia, sed cum mutatione quadam genera-  
tis: *creatio* significat productionem alterius substantiæ, sed  
sine mutatione creantis. Porro Filius Dei ita producitur, vt  
recipiat substantiam gigantis, & ea ratione dici potest ge-  
nerati, sed recipit sine mutatione, aut alteratione producen-  
tis, & ea ratione dici potest creari. *Vtrumque* igitur dicitur,  
ut ex ipso sumatur quod est perfectionis, & quod est im-  
perfectionis omittatur.

Ad illud Ioan. I. *Ante me factus est*, dico significari illis  
verbis, non Christum productum ante Ioannem, sed Ioanni  
prælatum, & anteposatum fuisse, ac si Ioannes dixisset, qui  
post me venit, maior me est. Ita explicat AMBROSIUS lib. 4.  
de fide, cap. 5. & omnes interpretes, vt Augustinus, Chryso-  
stomus, Cyrillus, Theophylactus, & colligitur ex textu, nam  
sic ait: *Ante me factus est, qui a prior me erat*, id est, præcessit  
me dignitate, quia æternus erat, & ego temporalis.

Ad illud; *Primogenitus omnis creature*. CYRILLVS lib. 10.  
thesauri, cap. 4. responder, Christum dici primogenitum, vt  
homo est, sicut dicitur vñigenitus, vt Deus est. Addit etiam,  
Christum posse dici primogenitum etiam vt Deus est, quia  
ipse

ipse est causa ut alij efficiantur Filii Dei. dicitur enim propter ipsum, quod est causa aliorum. Verum simpliciter & magis ad literam videtur Ambrosij & Chrysostomi commentarii qui docent, primogenitum omnis creaturae dici Filium, quod est genitus antequam illa creatura fieret. quod clarissimum est Ecclesiast. 24. *Ego ex ore altissimi prodigii, primogenitus ante omnem creaturam.* Si enim ante omnem creaturam prodidit, non est ipse creatura.

Illud Hebr. 1. *Tanto melior Angelis effectus,* scilicet Chrysostomus & Theophylactus exponunt, id est, declaratus factus. nam hic agitur de statu adepto post resurrectionem. Ita enim ait Paulus: *Purgationē peccatorū faciens, sed et alteram maiestatis in excelsis, tanto melior Angelis effectus.* id est, post passionem exaltatus est, & declaratus factus. Illud omnibus Angelis, quantum distat Filii glorificatione serui. Potest etiam dici cum CYRILLO lib. 8. thes. 2. illud, *Effectus melior*, significare, magis honoratus, scilicet etiam estimatus. quomodo dicimus pluris facio, vel minus facio probū quam diuitem, Angelum quam hominem.

Ad ultimum patet responsio. Non enim dicitur *Chrysostomus* simpliciter factus ad Hebr. 3. sed factus Pontifex, quod quidem verissimum est, si intelligatur, ut debet intelligi, *de Christo*, quam homo erat, non quam Deus erat.

## CAP V T XIX.

### Soluitur argumentum Sextum.

*libro arg. 1. p. 156. qd. aut. f. 156. v. 156.*

**V**TRIMA obiectio. Beatus est dare quam possere, ut Dominus ait, Apostolo teste, *Act. 20. 35.* potest id ipsum ratione demonstrari, nam datus est diuitis & perfecti, accipere est indigenum imperfecti: sed Pater dat, & Filius recipit. Dedit carnem Filio potentiam, Matth. vlt. *Data est mihi omnis potest.* Dedit vitam, Ioan. 5. *Dedit ei vita habere in semetipsa.* Dedit sapientiam, ibidem: *Pater diligit Filium, & omnia datur ei.* Et Ioan. 15. *Quaecunq; audiuit a Patre meo, misericordia eius.* Denique quidquid habet Filius, habet a Patre. *Matri Omnia mihi tradita sunt a Patre meo; non igitur sunt a genere Pater & Filius, & multo minus sunt unus Deus.*